ex bello esse quaesiturus. Sequebatur deinde descriptio capitum, ex quibus pecuniam hanc summam exigi oporteret, eam consulto tum propter prolixitatem nimiam tum propter ingratam similitudinem et nominum cum diversi repetitione quam necessario in omnibus fieri debeat (expleri) prolatam separatim putavi fuisse, desiderarunt itaque ea descriptio, in qua orator demonstrabat, quibus esset exigenda pecunia. Ad hac illud ostendit quam sit necessarius hic apparatus, et hac minores copias docet propter Ctesiam statim observato hybernorum tempore quo scilicet difficile in Thraciam et Macedoniam Athenis navigare solitum res illas aggredi quod non ita facile futurum docet si manus adsit aliqua quam destinere eum possit. Ad extremum illud addit ubi sint hae copiae hibernaturae et cum ex hybernis fuerint educta quibus locis verno tempore sint non ita obversaturae.

Ac secundam eius causae partem quae erat de ratione belli administrandi de toto apparatu de commeatu stipendio ibi absolvit. Tertia et postrema consultationis pars continet epilogos et duo illa habet, amplificationem et adhortationem amplificat orator primum in hac parte commoda quae sunt Atheniensibus consecutura si bellum gerant ita ut censebat ipse, accedit deinde communia ad Philippum ulciscendum.